

IACOBI
RAEVARDI
BRUGENSIS IVRIS-
CONSULTI EGREGII ET
Antecessoris Duaceni
OPERA

*Qua reperiri potuerunt omnia in
Tomos II. digesta.*

Cum INDICE Rerum, Verborum &
Authorum locupletissimo.

*et de la
A. S. P.*



FRANCOFVRTI
Typis Wecheliani apud Claudium
Marnium & haeredes Ioannis Aubrii
M. DCI.

Coll. Soc. Inscr. Calm. ex Arch. Reg. Br. 1000

†
IACOBI
RÆVARDI
BRUGENSIS IVRIS-
CONSULTI AD LEGES DVO-
decim Tabularum liber
singularis,

*Veram prisca iuris antiquitatumque ad
hunc usque diem incognitarum
explicationem continens.*

TOMVS I.



ANNO

M. DCI.

7

IACOBVS RÆVARDVS
NOBILIT ET ERVDITO MARCO
Laurino, Domino de Wateruliet,
S. D.

SEMPER amaui, vt scis, vir ge-
nerosissime, fratrem tuū Gui-
donē Laurinum, propter eius
summum ingenium, suauissi-
mos mores, singularem probi-
tatem, atque constantiam. Is, quum me o-
mnem industriam, operam, & cogitationē
ad studium iuris prisca, antiquitatumque
Romanarum contulisse, annis ab hinc ali-
quot intelligeret, me vicissim hac de causa
singulari quodam animo etiam est profe-
quutus. Is mecum eo nunc animo est, vt si
in hoc studio vita nobis ponenda foret pre-
clare actum nobiscum putaremus. Illud et-
iam erat amoris nostri, quem ab annis ali-
quot susceptū, non seruauimus nos solum
inter nos, sed nunc etiam consuetudine tua
auximus, orare te, vt in idem antiquitatum
studium, cui perpetuo te totum tradidisti,
omni cogitatione, curaque sic incumberes,
vt virtuti tuæ, & gloriæ nascenti, cuius sese
iam foras semina proiicere gestiunt, libera-
liter indulgeas. Nihil est, mihi crede, virtu-

Memoria enim proditum esse, ait, quem pater suus, aut populus vendidisset, aut pater patratu dedit, ei nullum esse postliminium. Ceterum an ius istud potestatis scripta lege proditum sit, an vero sine lege dubitat Dionysius. Nobis aliquando placebat expressa quadam Romuli constitutione illud fuisse introductum: sed in contrarium me vocat Vlpiani sententia, qui ius istud potestatis moribus receptum fuisse arbitratus est cap. 8. de stat. homin. Scribit etiam Pomponius, in initio Romanæ civitatis populum sine certa lege, sine iure certo primum agere instituisse, cap. 2. in princ. de orig. iur. Proinde huiusmodi iure incerto ius patriæ potestatis fuisse receptum, quam per certam aliquam legem Regiam est verisimilius. An autem ius istud potestatis ante exactos Reges in usu Romæ defuerit esse, videamus. Numa Pompilius omne ius vendendi filios, connubio parentum consensu iunctos, parentibus, si Dionysio credimus, expressa lege ademit. Nec quidem ius vendendi huiusmodi filios duntaxat, sed etiam omne ius necis, & seuerioris in filios animaduersionis Numam ademisse parentibus omnino mihi persuaderem, nisi expressè scripsisset Livius, cum de prouocatione Horatii, qui propriam sororem interemerat, ad populum certabatur, motos tunc fuisse homines in eo iudicio, maxime P. Horatio patre proclamante, se filiam iure cæsam iudicare, seq; ni ita esset, patrio iure in filium animaduersurum fuisse. Vnde statim conieci, ius in filios animaduertendi necdum Tulli Hostilii, qui tunc regnabat, temporib. ademptum parētibus fuisse. Porro non multo post Hostilium Seruius Tullius Tarquinii successor, legem tulit,

IACOBI
RÆVARDI
BRUGENSIS IVRIS-
CONSULTI TRIBONIANVS,
siue de veris vsucapionum diffe-
rentiis aduersus Tribonianum,
Liber singularis.

EIVSDEM
Ad legem Scriboniam liber singularis.

TOMVS II.



ANNO

M. DCI.

GENEROSO ET ERV-
DITO VIRO D. GVIDONI
LAVRINO IC. CLARISSIMO
Iacobus Ræuardus.

S.



Vi de usucapionibus scripserunt Laurine non desunt interpretes; Qui autem differentias earum tradiderunt, ex tot præclaris foelicissimi huius seculi iurisconsultis nulli non desiderantur. Certe quorūvis de antiquis usucapionum differentiis, disputatum sit, Triboniani error in causa fuit; quem hoc commentariolo si non extirpare, at saltem studiosis indicare visum est operæ præcium. Et quia de absoluto usucapionis tractatu, doctissimorum aliquot virorum extant commentarii, quibus parum aut nihil addi potest, in evolvendis omnibus de usucapionib. prudentiū sententiis, operā mihi inanē collocatur⁹ videbar. Ideoq; de veris earū duntaxat differentiis contra Tribonianum differere institui, non ut opinioni quam de Triboniano viri docti imbiberunt aliquid omnino detrahā, sed ut veritati, quæ in disciplinis omnibus principem tenet locum, fideliter inseruiam. Et quamvis nō ignorem meum pudorem estimationemq; in discrimen adduci, hasce tamen lucubrations exire in manus hominū passus sum, ut earum exemplo quæ præ manib. sunt, de nonnullis antiqui iuris apicib. elementa, eruditiorū censura temperetur. Atq; huius quidem, doctissime Laurine, cōmentarii fructus, pro ea quæ me non ut amicū, sed ut germanum fratrem amplexus es humanitate, sic tuæ fidei committo, ut te illis si mihi scitorum vi subita lucis eripiatur usura, extrema cera tutorem patronumq; constituam. Vale Laurine. Brugis ipsis cal. Ian. 1560.

I A.

IACOBI
RÆVARDI

I. C.

OPERVM PARS
postuma,

In qua
CONIECTANEORVM
LIBRI III

Nunc primum in lucem editi.

Ex Bibliotheca

IANI LERNVTII Brugensis
Poetae egregii.

Cum gemino INDICE, altero capitum,
altero rerum memorabilium.



FRANCOFVRTI,
Typis Wecheliani, apud Claudium
Marnium & heredes Ioan. Aubrii.

M. D C I.

L. LIPSIUS AD SE-
-CVNDVM ANNALIVM
TACITI.



VIDE Plutarchum in
Pompeio: Festū Cen-
sio: Agellium lib. 4. &
7. sed ante omnes **I A-**
C O B V M R Æ V A R-
D V M Vartiorum lib. 2.
cap. 15. Belgarum iurisque magnam spem:
cuius immaturæ mortis inuidiam ne nunc
quidem sustinent fata.

Ex Elogiis Auberti Miræi Bruxell.

Felix illa ingeniorum parens vrbs Bru-
gensis, vnde Pamelii, Curtii, Damhoude-
rii, Carriones, Laurini prodierunt, **I A C O-**
B V M quoque **R Æ V A R D V M** nobis ex-
tulit, virum singulari ac prope diuino in-
genio præditum. Ea quippe in eo naturæ
bonitas ac præstantia fuit, vt si longior vitæ
vsura obtigisset, cōstanti omnium senten-
tia, cum summis Iuresconsultis paria facere
potuisset. Cuius expeditum animi vigo-

IACOBII RÆVARDI I.C.
CONIECTANEORVM

LIBER PRIMVS.

*De maioribus & minoribus ma-
gistratibus.*

C A P. I.

MAGISTRATUS populi Roma-
ni aut maiores erant aut minores.
Majores, consules, praetores, &
censores: Minores omnes reliqui.
Dicebanturq; maiores, quod ma-
ximis auspiciis crearentur. Ac de auspiciis quidem
illud constat; patriciorum auspicia in duas pote-
states olim fuisse diuisa. maxima enim consulum,
praetorum, & censorum erant, minora vero ma-
gistratum reliquorum: auctore Gellio noct. At-
tic. libr. 13. cap. 14. maiora & minora auspicia
à maiore & minore templo nomen habent. *Tem-
plum autem locus, ut ait Varro, dicebatur in terris
augurii vel auspicii causa quibusdam conceptis ver-
bis finitus.* Scribit idem Varro de ling. Lat. libr. 6.
templum olim fecisse augures *conspicione*, qua acu-
lorum conspectum finiebant, & conspicioni addi-
disse eos *cortumionem* quæ dicebatur à cordis visu,
ad hæc loca quædam agrestia quæ augurio, ut ait
Festus, designantur, & alicuius Dei sunt *Tescavo-*
cari, templumque verbis ad hunc modum con-